

FRANCISCUS
FULGINEUS
DE JURE
EMPHYTEUTICO,
CUM
S. ROT. ROMANÆ DECISIONIBUS
RECENTISSIMIS.



FRANCISCI
FULGINEI.

PROTONOTARII APOSTOLICI,

& in eadem Cathedrali Ecclesia Vicarii Generalis,

TRACTATUS DE JURE
EMPHYTEUTICO,

Escuela de la Real Academia de Ciencias y Artes de Sevilla

QUESTIONES OMNES, QUÆ AD MATERIAM

spectant, Titulis apte distinctis, adamussim discutuntur & enucleantur.

HAC ULTIMA EDITIONE NON SOLUM EXPURGATIOR.

per pluribus mendis correctis, imò & lineis interversis suo loco repositis;

FRANCISCI

sed etiam

COMMUNIORUM, & RECEPTIORUM QUARUMCUNQUE OPINIONUM

incidentium adnotatione, Asterisci hujus * signo, diatius, & auctius.

Accessit

S. ROT. ROMANÆ DECISIONES RECENTISSIMÆ

Nunquam antea in lucem editæ, Materiam EMPHYTEUTIS ab Authore pertractatam
Amplèctentes, Confirmantes, Laudantes, &c.

CUM INDICIBUS NECESSARIIS



GENEVÆ.

Sumptibus CRAMER & PERACHON.

M. DCC. XVII.



Eminentissimo & Reverendissimo D. D.

ANTONIO BARBERINO,
S. R. E. CARDINALI CAMERARIO,

A C

SANCTISSIMI D. N. URBANI VIII. PONT. MAX.
ex germano Fratre Nepoti.

FRANCISCUS FULGINEUS FULGINAS PROTONOTARIUS
APOSTOLICUS S. P. D.



ANCEPS diù fui, Cardinalis Eminentissime, an has meas elucubrations amicorum impulsu Prælo tradendas amplissimo nomini Tuo consecrarem, ut exoptabam: timor enim me terrebatur, ne cum tam parvo munere ad tam magnum Principem, cunctis virtutibus armatum, bellicisque armis, & militari peritia decoratum accederem. Urgebat tamen summa humanitas tua omnibus notissima, ut, quod vehementes cupiebam, perficerem. Verùm hunc meum metum omninò depulit Urbanæ Præsul, Eminentiaæ Tuæ, nobilissimæque BARBERINÆ domus additissimus, & fidelissimus nomine, cognomine, & te Honoratus, qui primus à Sanctissimo Patruo Tuo aequè prudentissimo, sapientissimo, atque vigilantissimo Pastore, ut novo gregi, in novo statu S. R. E. conjuncto, apprimè esset consultum, Episcopus creatus fuit. Quare cum ego à beneficentia tua superioribus annis Conservator hujus insignis Abbatia S. Crucis de Saxovivo electus, & in numerum familiarium tuorum cooptatus fuerim; audeo propterea hos meos labores, qualescumque sint, æterno nomini Tuo, dedicare, sicut humiliter dico, dedico, consecro. Has igitur elucubrations pro Tua humanitate, propensoque animi in Te mei cultu, ut suscipere non graveris, Tuo patrocinio defendendas splendoreque illustrandas suppliciter oro. Vale sæculi nostri decus, & splendor, & Deus Opt. Max. eundem Beatissimum Patruum tuum, Eminentiamque tuam, alterum Patruum, & ceteros fratres, Ecclesie suæ, & nobis omnibus, cum tranquilla, & felici vita diutissimè conservet incolumes.

FRANCISCI
FULGINEI
 TRACTATUS
 DE
JURE EMPHYTEUTICO
 PRÆLUDIORUM
 QUÆSTIO PRIMA.

SUMMARIUM.

Omnis disputatio à definitione debet proficisci, nu. 1. quamvis in jure diversimodè observetur, nu. 2. Descriptiones emphyteuticæ, à nu. 3. usque ad nu. 5. Descriptio emphyteuticæ sedis, reproducitur nu. 6. Dicitur, aliquid, quid importet, nu. 7. & 16. Verbum, solvere, quid significet, nu. 8. Definitio emphyteuticæ Alvar. Pal. rejicitur, nu. 9. Definitio non debet continere verba superflua, num. 10. debet continere genus, & differentias, num. 18. & essentiam rei definita, nu. 19. sufficit, quod adaptatur ad communiter accidentia, num. 10. Pensio quo tempore solvi debeat, num. 11. Pensio in domini directi recognitionem solvitur, num. 12. Verba non sunt superflua, quando ponuntur ad solvendas dubitationes, num. 13. ubi declaratur. Definitio quid sit, num. 14. Rei appetitio quid veniat, num. 17. Ponitur nova definitio emphyteuticæ Auctoris, nu. 18. Verbum, concessio, quid importet, nu. 19. Locationis definitio, num. 20. Emphyteuticæ de sui natura consistit solum in rebus immobilibus, nu. 21. de sui natura conceditur in perpetuum, licet etiam concedatur ad tempus, num. 24. Differentia locationis, & emphyteuticæ, & usufructus, nu. 22. & 23. Cultum dominium transferitur in locatione, nu. 26. & differt à venditione, num. 27. Reditus est nomen generale, num. 25. In emphyteusi transferitur utile dominium, & retinetur directum, num. 26. Emphyteuta possidet naturaliter, num. 27. Conductor neque naturaliter, neque civiliter possidet, num. 27. Emphyteuticæ differt à venditione, ibidem.

MATERIA Emphyteuticæ ubique usque frequentissima est; & idèd Clac. in §. emphyteuticæ, in principio dixit, quòd in Urbe Mediolanensi nihil aliud sonant Jus dicentiam palatia, quam emphyteuticorum canonum solutiones, & caducitates. & Jaf. in rub. C. de jur. emphyt. ait: In exercitatione facti, quotidie per omnium manus versatur, & in hac mea Civitate assidue in foro controversiæ habentur de emphyteuticis, quia major pars domorum, & prædiorum Fulgenc. de Jur. Emphyt.

rum ab Ecclesiis fuit concessa in emphyteuticam: & quamvis sciam, Doctissimos, eruditissimisque viros commentaria, & tractatus edidisse de jure emphyteutico; tamen spero, auxiliante D. N. Jesu Christo ejusque Beatissima matre, meas istas elucubrationes, & labores, Professoribus, & caritarum Patronis non fore inutiles. Sed antequam ipsam materiam pertractandam aggrediar, aliqua præmittendo censeo, quæ præludia appellantur, & ante omnia servandum esse Consilium Ciceronis in officiis, qui adnotet, disparationem à definitione semper debere perficisci; & idèd docet Cagn. in l. omnia definitio de reg. jur. & Euer. in Cent. in loco à definitione, in principio, quamvis ego in jure diversimodè viderem observatum; Nam in titulo de testa, definitio ponitur in prima lege, & definitio justinæ in titulo de just. & jur. ponitur post multas leges; & alia exempla inveniri. Doctores itaque antiqui, qui de Emphyteuti tractaverunt, non potuerunt definitionem Emphyteuticæ, sed tantum descriptionem, ut videtur potest apud Speculatorem in §. nunc aliqua de locat. in prin. & per Bal. & alios in l. 1. C. de jur. emphyteut. & præsentim Jafos. qui bene tractavit hanc materiam in illis rebus legibus. Redoan. de rebus Ecclesiis non alienandis in tit. de solut. canon. fol. 433. in prin. ita describit: Emphyteuticæ est contractus, cum conceditur res immobilis ad meliorandam alicui, qui per hoc dat certam quantitatem, & postea se constituit datum certam modicam annuam pensionem, in recognitionem directi domini, in recompensationem fructuum percipiendorum: & sumitur hæc descriptio ex Jaf. in d. l. 7. in prin. ex Glossivo. potuit. de locat. in ver. emphyteuta. Abb. in d. cap. potuit. n. 7. sic describit: Emphyteuticæ est propriè contractus, per quem transferitur dominium in emphyteutam, retento dominio directo apud ipsum dominum, & aliquid solvitur singulis annis ipsi domino, quam desumpsit ex l. 1. ff. si ager veclit. vel emph. huc. in Cent. in loco à fundo ad emphyteusim. num. 54. Sic etiam describit: Contractus emphyteuticus dicitur, quando, interveniente scriptura, res traditur alicui, in perpetuum, vel ad longum tempus fruenda, tenenda, & possidenda, hæc lege, ut, quando pensio solvatur, non possit ab eo, vel ab habente ab eo causam, auferri. Et hoc dicit probat. ex §. ff. adeo test. de locat. & cond. & in d. l. 1. ff. si ager veclit. vel emph. definitur autem à Red. de reb. eccl. non alien. in rub. de signifi. verbi alienatio. fol. 23 sub nu. 3. Emphyteuticæ est contractus, per quem transferitur dominium utile in emphyteutam, retento do-

S. ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES

RECENTISSIMÆ,

Nunquam antea in Lucem editæ,

MATERIAM

EMPHYTEUSIS

A

FULGINEO

PERTRACTATAM

Amplēctentes, Confirmantes Laudantes &c.